

128 Schock auf Wiederkauf mit der Clausel verkauft hat, dass bei Eintritt desselben die bezahlung mit 128 Schocken Freiburger schildichter muncze, als die genge were vff die zzeit die abelöbunge geschiet vnnd zu erbzcinsen im lande gegeben vnd genommen wurde *stattfnde*, dahin, dass Paul Weller oder dessen Erben den Wiederkauf in einem Vierteljahre zu bewirken und die Bezahlung mit 110 guten Schocken der höchsten und besten Münze in Meissen zu leisten schuldig sein sollen. Geben vnd gescheen zu Meissen am dinstag in der heiligen marterwochen.

Copiale 61 fol. 112. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Meissen.

No. 1225. 1480. 20. Mai.

*P. Sixtus IV. verleiht auf Veranlassung der bei der Domkirche begonnenen grösseren baulichen Unternehmungen und Verbesserungen dieser auf zehn Jahre das Recht der Ertheilung eines sehr ausgedehnten Ablasses in der Woche des Festes Mariä Geburt.*

Sixtus episcopus etc. Salvator noster etc. Sane sicut accepimus cathedralis ecclesia Misnensis, quae immediate apostolicae sedi subiecta existit et quae olim per divos imperatores in castro Misnensi laudabiliter fundata erecta ac pro certorum canonicatum et praebendarum nec non episcopalis aliarumque dignitatum — erectione dotata et per marchiones Misnenses multipliciter instaurata ac ampliata existit, per dilectum filium Ernestum s. Rom. imperii principem electorem ac Albertum germanos, Saxoniae duces et marchiones Misnenses modernos pro ipsius ecclesiae honore ac decencia ampliari ac in melius reformari inchoata sit, pro ipsiusque inceptae fabricae complemento maxima sint necessaria impensa, — nos considerantes ipsorum Ernesti et Alberti ad nos et sedem praedictam sinceram devotionis affectum, motu proprio et ad nullius instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex recta scientia ac apostolicae potestatis plenitudine, ut ecclesia ipsa facilius perficiatur reparatur et compleatur ac in suis structuris et aedificiis iam coeptis conservetur et restauretur nec non campanis calicibus et aliis ecclesiasticis ornamentis decoretur, ipsaque ecclesia per amplius congruis frequentetur honoribus et Christi fideles devotionis causa eo libentius confluant ad eandem, et ad ipsius perfectionem et complementum — eo promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono coelestis gratiae uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia ac Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi decernimus et declaramus, quod omnes et singuli Christi fideles utriusque sexus vere poenitentes et confessi, qui in ecclesia praedicta quatuor altaria per Ernestum et Albertum duces et marchiones praefatos ac venerabilem fratrem episcopum Misnensem nec non dilectos filios praepositum decanum et capitulum eiusdem ecclesiae deputanda, in nativitate beatae Mariae virginis a primis vesperis usque ad secundas vespervas octavae sequentis inclusive semel duntaxat devote visitaverint et tantum de facultatibus suis, quantum quilibet pro persona sua in ebdomata communiter consumere consuevit, ad capsam seu cistam — in dicta ecclesia ponendam — in pecunia numerata seu rebus aequivalentibus pie erogaverint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem concedimus et indulgentiam elargimur. Et nihilominus ut Christi fideles ipsi ad eandem ecclesiam pro consequendis indulgentiis et remis-